

ego moriar pro te. At cur plorat David ut filium, quem persecutorem fenserat ut hostem? Quia generosum cor numquam se jactat vindicem, & naturalis amor semper se pium exhibet. Noluerat David ut tantum staret victoria. Quæ languinolenta est, maiorem habet speciem vindictæ, quam fortitudinis; in ea plus ferocitas, quam ratio dominatur; & quæ maior vindicta quam superare hostem? Princeps optimus non debet amare victoriam, quæ nonnisi profuso suorum hostium sanguine comparatur.

389 Proximus neci suæ Dominus Iesus, discipulis suis ait: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum.* Vehementer suam optabat mortem, ut hominum repararet vitam; & tamen prodiens in campum cum ipsa morte & tormentis pugnaturus, maxima tristitia affectus: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Si tot desiderijs expetebat mortem, ut sui triumphum causam, cur ad illius conspectum tristatur? Ingentis materia doloris Domino erat fatale Hebræi populi exitium: non placebat victoria tanto suorum hostium sanguine ac detrimento comparata. Cum vero David cordi Dei esset conformis: *Invenit virum secundum cor meum,* dolebat de victoria parta contra Absalonem tanto ejus detrimento: *Servate mihi puerum Absalonem.* Extollebat laudibus Pacatus Constantinū Imperatorē, eo quod illi displicerat victoria, quam comparaverat multo suorum hostium

effuso sanguine: *Constantinum tu tantum sanguinis fundere coegisti: cui quia salutē vestram à vobis impetrare nō licuit, plene displicuit ipsa victoria.*

390 Dolorem de morte Absalonis conceptum exprobravit Davidi Joab verbis tam amarulentis & audacibus, ut mansueti Regis cor tamquam lanceæ ictus sauciarent: *Nunc igitur surge, & procede, & alloquens satisfac seruis tuis, jurō enim tibi per Dominū, quod si non exieris, nec unus quidē remansurus sit tecum nocte hac.* Non aliter alloqueteretur filium suum iratus pater, ac fuit allocutus Joab suum Principem, postquam ejus filium interfecit. Superbia audax est, & omnis audacia immoderata: & nota est insolentium calliditas velle, ut culpa vertatur obsequio. Verum David adeo prudens, & mansuetus fuit, ut dissimulato dolore suis ducibus victoriam grataretur: *Surrexit ergo Rex, & sedit in porta.*

391 Debet Princeps optimus suos omnes affectus metiri bono publico, itaut operetur non ex innata propensione, sed ductu æqui regiminis: quia ipse magis suorum, quam suus est. Postquam Dominus in templo prædicavit omnibus, & curavit multos, secōtulit in domum Petri ad ejus focrum, quæ agrotabat, sanandam: *Et protinus egredientes de synagoga venerunt in domum Simonis.* Plus sollicitudinis impendit Centurio in procuranda sanitate sui famuli: siquidem suam domum egressus quæsit Christum, & sic flagitavit:

*Audacia immoderata non est cruciata.*  
2. Reg. 19.

2. Reg. 19.

*Publici boni zelus in Principe.*

Marc. 1.

Matth. 8. *gitavit: Puer meus jacet paralyticus.* Si igitur centurio monet, & compellat Dominum pro salute famuli, cur non sic Petrus pro sananda socru? Assumendus erat Petrus in totius Ecclesiæ Principem; ideò incumbens primo loco reliquorum omnium salutem, de peculiari suorum sanitate solùm curat, quando Christus ejus domum ingreditur.

392 Jephthe suam filiam immolavit pro victoria populi. Et pro subditorum bono Princeps suos debet immolare affectus. *Sicut ut ovis ad occisionem ducetur,* (prædixit de Christo Isaias) *& quasi agnus coram tondente se obmutescet.* Cur sicut ovis & sicut agnus, qui omnium pastor est? Quia pastor est, & pastori incumbit se pro ovibus sacrificare, & subire omnia discrimina, quibus oves expositæ sunt, ne pereant. Dignitas personæ intercedit pro sacrificio: sed obligatio principatus in omne discrimen projicit.

393 *Clamavit populus ad Pharaonem alimenta petens, quibus ille respondit: Ite ad Ioseph.* Cur non dicitur clamasse populum ad Regem, sed ad Pharaonem? Non videbatur Rex, qui suis fame enectis non condelebat, sed eos remittebat alendos ab alio: ideò Regis magnificentum nomen tacet S. Pagina. Invasit numerosus, ac potens Philistinorum exercitus Israel. Samuelem defunctum de eventu belli Saul consuluit: Propheta respondit Saulem & ejus filios in bello caesos: hoc responso non detentus Saul cogitat de ag-

grediendo hoste, ad quem petendum totius integræ noctis spatio suis stipatus copijs procedit. Notabilis deliberatio! Audit se in prælio occubiturum, & tendit in hostem ea celeritate, ut non expectet maturinum tempus, ut cautius irruat? Cur se non collocans in tuto, mittit in prælium illud milites? Quia peculiare commodum noluit anteferre communi reipublicæ bono: maluit se exponere periculis, quam suam vitam tutam reddere. Occubuit Saul tamquam strenuus, Absalon tamquam ingratus & insolens: quia bono communi, & propriæ naturæ obligationibus anteposuit ambitionem sceptri: & quidem cælum ac terra unanimiter conspirant, ut insolens ingratitude plectatur.

## CAPUT VII.

*Ingratitudo Salomonem reddidit cupidum, & idololatram.*

## §. PRIMUS.

*Magnificentia Dei cum Salomone.*

394 **C**Revit cum malitia ingratitude, & cū potestate depravata est: sunt enim pauci mortales memores beneficiorum, quæ accipiunt à Deo conferente homini naturam, nobilitatem, mentem, generositatem animæ: & sunt pluri, qui isdem armantur beneficijs, ut Deum offendant: qui plura accipiunt, sunt plus ingra-

*Magnificentia Dei erga Salomonem.*

*Victoriam sedat sanguis.*

Luc. 22. *Victoria illa lesior quæ non damnosa.*

Matth. 26.

2. Reg. 18.

*Princeps bono publico præstatum an teponat.*  
Jud. 11.  
1. Sai. 53.

*Rex alio suorum.*  
Gen. 44.

1. Reg. 28.

*Pericula subeunda a Principe pro suis.*

ti. A Deo accepit Salomon plus quam omnes homines, sapientiam, magnitudinem, felicitatem: & cum evaderet Princeps Deo plus obstrictus, eidem fuit adeo ingratus, ut cum de divinitate maiorem hauserit cognitionem, deseruerit Creatorem suum ad creaturas deficientes. Terribile vitium ingratitude! siquidem insolentem reddidit nobilissimam naturam: *In caelum conscendam, similis ero Altissimo.* Et reddidit infidelem sapientiam maximam: *Depravatus est cor Salomonis per mulieres, ut sequeretur deos alienos.* Nam a maiori prosperitate, quam Deus confert, motiva ingratitude maioris erga ipsum Deum mortales eruunt. In Aegypto clamaverunt Israelitae ad Deum: *Ascendit clamor eorum ad Deum.* In deserto se contulerunt ad idolum, quod voluerunt colere: *Fecit ex eis vitulum conflatum: dixerunt que: Hi sunt dii tui Israel.* Cur ita? In Aegypto ad Deum confugiunt, in solitudine ad idolum? Ita: quia in Aegypto Pharaon illos vexabat, in solitudine Deus illis favebat: & maximus favor ex prosperitate reddidit idololatrias, quos debuerat gratos reddere.

395. Davidi è vivis decedenti successit filius Salomon in sceptro Israelis, & statim in somnis illi apparuit Deus, fecit que arbitrium, ut pro regali munere iuste obeundo peteret quid voluerit: *Postula quod vis ut dem tibi.* Notabilis optio, & adeo magna, ut non reperiatür similis in tota sacra Pagina. Elegit Deus

*Prospicit  
ignorat  
Deum.  
Exod. 2.  
Exod. 32.*

*Principi  
optimus  
ut op-  
tatur a  
Deo.  
3. Reg. 3.*

Saulem in primum Regem Israelis, & nihil illi offert: elegit Davidem iuxta cor suum, & non legimus fecisse illi optionem, quam fecit ejus filio: cur igitur omnia offert Salomoni? Quia vult Deus conferre Principi, ut sit optimus, & ut talis sit, omnia necessaria sunt. Insuper voluit mundo patefacere Salomonem futurum ingratum Deo conferenti plus quam ipse expetierat: quia in Principe nihil potentius ingratitude. Sauli nihil obtulit Deus, utpote dando in supplicium Israelis, ad quod satis erat ut Princeps fieret: cum verò Davidi contulerit bonum cor; nihil amplius poterat expetere, ut optimus Princeps esset.

396. Petijt à Deo Salomon cor docile ad iudicandum populum: *Dabis ergo sermo tuo cor docile, ut populum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum.* Videtur non rectè postulasse docilitatem cordis; nam dotes quæ in iudice commendantur, sunt sapientia & integritas. Plusquam bene postulavit; si enim cor docile non fuerit, bonum non erit; & cor non bonum cum sapientia, erit malignum, & cum integritate, crudele. Authoritas iuxta naturalem rationem comparatur prudentia & probitate: nam prudentia sine probitate verti solet in malitiam, & omnibus odio est: probitas sine prudentia degenerat in segnitiam, & despiciatui est: idcirco postulavit Salomon cor docile & sapiens, in quo proinde bonitas perfecta inest.

*Ingratissim-  
do in Brum-  
cipe val-  
de potens.  
Cor bonum  
in Principio*

*Docilissim-  
ad iudicium  
d. m.*

*3. Reg. 3.*

397. Rectè & prudenter Salomon petivit. Nam voluit docilitatem, ut esset probus: voluit probitatem, ut esset amatus: nam probitate comparatur amor, qui sceptrum firmat, ac roborat. Septimus Imperator morti propinquus dixit liberis suis, se illis relinquere imperium satis firmum, si probi forent, parum tutum, si improbi: nam Principis improbitas concitat in subditis odium, & cum odio nulla in regnis firmitas, aut securitas esse potest.

Contulit David regnum Christi quæ æternum cum regno Melchisedech: & quid huic regno æternitatem peperit? Apostolus, innuit, appellans *Regem Salem*, & idem valet atque *Rex iustitiae*. Corona quæ morum probitate, & legum iustitiâ nititur, tam altas agit radices, ut exaquet duratione æternitatem. Nulla in Principe magis splendet corona quam probitas, nulla magis rutilat purpura quam modestia: utraq; Princeps à Deo favorem, & ab hominibus amorem comparat.

398. Tantum Deo arrisit petitio Salomonis, ut plura illi contulerit Deus, quam petijt; nam sapientem ac potentem adeo fecit, ut sapientiâ & magnitudine omnes ante se, & post se Reges excefferit: *In tantum, ut nullus ante te similis fuerit (dixit, Deus) nec post te surrecturus sit.* Impendit Salomoni Deus omnes: felicitates, quia postulaverat bonum cor, ut intelligerent Principes, adepta boni cordis probitate, obtineri omnia. Diligit Deus ex corde

*Probitas  
firmat im-  
perium.*

*Iustitia  
dat perpe-  
tuitatem  
regnis.  
ad Heb. 7.*

*Petitio bo-  
na arrisit  
Deo.*

*3. Reg. 3.*

probos, quia probi habent cor Dei: diligunt homines improbos, quia improbi habent cor hominum. De arbore, quam vidit in somnis Nabucodonosor, fertur præstitisse sub se brutis animalibus terræ habitaculum: *Subter eam habitabant animalia & bestiae.* De arbore, quam vidit Ezechiel, fertur præstitisse habitaculum sub se volucribus cæli: *Habitabant sub ea omnes volucres.* In illa repræsentabatur regnum mundanum, in hac regnum cæleste: in regno mundano sub Rege protegente foventur ministri viles, & veneno infecti; in regno cælesti sub Deo Rege proteguntur aves, quæ probitate, & meritum alis elevantur ad sublimia; & quidem conditio improba ac miserrima est dominantium fovere malignos, eisque suppeditare alas, ut fiant peiores, quando eas natura denegavit cunctis veneniferis animalibus, ne plus nocerent.

399. Petit à Deo Salomon probam cor, & Deus animadvertit quod non petierit vitam diurnam, uberes divitias, & acerbam de suis hostibus fumendam vindictam, cum hi omnes affectus à bono corde non pullent. Notavit Deus Salomonis moderationem in postulando; quia nativa desideria Regum Israelis eò tendebant ut diu viverent cum libertate, multas opes congererent ex cupiditate, & vindictam de suis hostibus fumerent crudelitate. Pollicetur Deus largiter Salomoni omnes felicitates, & diurnam vitam ea conditione, ut sit justus ac

*Dan. 3.*

*Ezech. 13.*

*Principi  
munda-  
nus juor  
protegit.*

*Petitio Sa-  
lomonis*

*3. Reg. 3.*

Vna sine probitate non durat 3. Reg. 3.

pius instar parentis Davidis: Si autem ambulaveris in vijs meis, & custodieris precepta mea & mandata mea, sicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos. Quibus significavit duratione carere improbos, & nullam minus securam esse vitam, quam qua vicijs nutritur, ac nititur; siquidem inter maiorem celsitudinem, & profundius precipitium nullum spatium interiacet.

Peccata v. tam tollunt.

400 Plures Israelis Principes ob sua flagitia breviter ac infelicitate suorum manibus perire; nec fuere pauci Romani Imperatores, quibus sua turpitudines exitu miserimo idem inflixere supplicium: breviter vivere, quia nequiter. De multis veteribus Patriarchis habetur in S. Pagina suos dies implevisse: quod neque de primo parente Adamo, neque de alijs peccatoribus fertur. Nam peccatorum dies aequè vacui sunt duratione ac meritis. Prior in lucem editus fuit Caimus, quam Abel: nam semper nequitia tentavit precedere innocentiae. Verum Moyses de utroque locutus, exordium capit ab Abele: Fuit autem Abel pastor ovium, & Cain agricola. Cur non exorditur à Caimo ut pote seniore? Quia Caimus perversus, Abel justus: antiquitati precedere nequit virtute inferior: maior natu esse non potest, qui probus non est. Coram Deo non plures annos numerat qui longiori aetatem habet, sed qui maiori virtute pollet. Homines ex numero annorum, Deus ex probitate morum aetate computat.

Antiquitas cum sola probitate.

Gen. 4.

Aetas ex moribus.

Instructus ac illustratus Salomon omni scientiarum genere, suum regimen auspicatus est tanta omnium existimatione, ut à suis reputaretur plus quam humanus, & ab exteris quaereretur tamquam divinus. Fuit Salomon adeo potens, ut nihil aggressus fuerit, quod non consequeretur. In eo fuere pares magnitudo sapientiae, & felicitas potentiae. Templum, quod excitavit, magnificum: civitates, quas munivit, ingentes: palatia quae condidit, & ornavit, pulcherrima: maiestas in universo & omnigeno famularu admirabilis: thesauri, quibus potitus est, opulentissimi: clientes, classes, equitatus, & omnis bellicus apparatus innumerabilis: tanta denique Salomon excelluit magnitudine, ut tori orbi admirationi, totius orbis Principibus terrori fuerit.

Sal. moysi felicitat.

3. Reg. 4.

§. SECUNDUS.

Ingratitudo Salomonis cum Dei magnificentia.

402 Satis perspeximus beneficia, quibus magnificus & munificus Deus Salomonem cumulavit; at quenam Salomon pro tantis beneficijs reposuit? Illa melius diceret silentium, quam novit calamus exprimere. Maiori sapientiae acceptae correspondit Salomon peccato magis ignorante & stulto. Inter omnes ignorantias & stultitias maxima fuit illius insipientis, qui dicebat in corde suo non esse Deum. Ignorantiae huic

Ingratitudo Salomonis.

Psal. 52.

Idolatria stultitia.

huic

huic simillima est eorum, qui multos colunt deos; nam in re ipsa idem est negare, atque multiplicare divinitatem; si enim Deus unus non est, nullus est. Si monstrosum foret corpus absque ullo capite, aequè monstrosum esset corpus, quod plura haberet capita, quam Cerberus, aut Hydra illa, cujus extinctione Herculis virtus enituit.

Iniquitas idolatria.

3. Reg. 11.

Mulier quam sit damnosa viris.

Ecol. 25.

403 Reputavit Job idolatriam inter iniquitates maximam: nam idolatra naturalem legem frangit, honorem Deo debitum impendendo lignis, lapidibus, & alijs creatis rebus, quod magno perere adversatur naturali lumini, docenti, seu di etanti res omnes creatas suam referre originem ad Deum tamquam primam causam, & omnium auctorem, proindeque infinita perfectione, ac virtute pollentem. In tam crassam & stolidam ignorantiam incidit Salomon ex ingratitude: Deprevatum est cor Salomonis per mulieres, ut sequeretur deos alienos.

404 Prima ac praecipua idola, quae Salomonis sapientiam obtenebrarunt, fuere mulieres, utpote viris admodum periculosa. Ab illis neque sapientia Salomonem, neque fortitudo Samsonem liberavit; sunt idola potentiora, & damnosiora, cum occidant homines, qui adorantes pro illis moriuntur: A muliere initium factum est peccati: & per illum omnes morimur. Ut diabolus Evam deciperet suasionibus, longum cum illa conferuit sermonem: ut Eva suaderet Adamo esum pomi veriti,

satis fuit pomum offerre: Deditque viro suo, qui comedit. Ut Eva succumberet, sermo tam longus, multiplicatis rationibus: ut Adam succumbat: satis est pomi oblatio? Ita: quia diabolus indutus serpente suavit Evae, & indutus ipsa Eva suavit Adamo; certe potentior est diabolus instar mulieris, quam instar serpentis ad labe factandam innocentiam. Formicatus est populus cum filiabus Moab, quae vocaverunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt, & adoraverunt deos earum. Potentior fuit societas & familiaritas foeminarum, quam furor militum Madianitarum, ut in rebus temporalibus, ac spiritualibus Israelitas destruerent.

Gen. 3.

Mulieris potentia.

Nam. 25.

Principis temperantia.

Gen. 2.

405 Maxima Principis excellentia est plus sibi, quam alijs dominari: qui ad se temperandum impotens est, alios temperare non potest. Ubi primum Adamus deliquit, à paradiso eieectus, est privatus illius custodia, quam Deus ipsi commendaverat: Vt custodiret illum. Quia perperam custodiret paradisum, qui se nequivit custodire. Emancipavit se suis foeminis Salomon, & desit esse homo, nedum Princeps: quia ut rationem hominis conservaret, libertatem retinere debuit: & ut Princeps esset, omnino liber, nec alieno arbitrio subditus esse oportuit.

406 Interrogavit Christum Pilatus, an Rex Judaeorum esset: & Dominus respondit suum regnum de hoc mundo non esse, quasi si in hoc mundo regnaret, suorum

Libertatis Principis iussu deo.

Bb 2 minist.

18. ministrorum ope evaderet Judæorum vincula: *Ministri mei utique decertarent, ut non traderet Judæis.* Christus re vera Dominus erat rotius mundi, & jure hereditario Judæorum Rex: at se non reputabat Regem, quandiu traditus Judæis, eorum potestati subijacebat: nam regnum, coronam, & principatum amittit quicumque Princeps, qui alterius arbitrio subijacet. In Cruce regis titulum non respuit, quia ibi, ubi hominum redemptionem consummavit, se à Judæorum vinculis eripuit. Princeps esse debet omnium in communi, sed nullus in particulari: hac enim doctrina Princeps Christus imbuat. Retraxit Zaram manum, quam senserat filo ligatam, (tenui pendet filo imperium maximum) quia intellexit, imperio idoneum non esse, qui suæ manus liberum usum non habet. Judicavit Principis actionem non esse subijci alieno arbitrio, præsertim fœminæ, & ideo non acquiescens illius consilio, oppositum executioni mandavit.

407 Salomon se ignavè addidit mulieribus, & Alexander generosè despexit quamdam pulcherrimam sibi à suis ducibus allatam: quia intellexit se fœdare maiestatem, si fragili se pulchritudini subijceret. Alexander novit esse Princeps, & Salomon esse desijt: nam puritas est distinctivus character animi regij: & Salomon, cum foret sapientissimus, imbecillitati maximæ succubuit. Imbecillitas maxima nostræ car-

Princeps alieno arbitrio non tradatur.

Pulchritudini subijciat.

ni inest: & in Salomone culpa gravior; & opprobrium fœdus. Gravior culpa: quia cum sciret humanam carnem elevandam esse, ut in throno Altissimi adoraretur, eam reddidit brutis ipsis abjectiorem. Opprobrium fœdus: quia dehoneltavit familiam, cujus Deus caput est, & nullum inter homines opprobrium fœdus, quam deturpare suis sceleribus maiorum suorum sanguinem.

408 Nullum flagitium Divinam magis indignationem provocat quam effrænis concupiscentia. Populus Israeliticus se frequenter depravavit turpissimis idolis obsequendo, & illum Deus puniens conservabat. Se depravavit præpostera libidine Sodoma, & talem ab indignato Deo pœnam sustinuit, ut illius non remaneret vestigium, nisi in folis cineribus: *Subvertit civitates has, & omnem circa regionem, universos habitatores urbium, & cuncta terræ civitatis.* Quid? Si idololatria maius scelus est quam quodcumque à concupiscentia erumpens, cur in hoc Deus gravius animadvertit? Quia in concupiscentia maior apparet ingratitudo hominis. Cum enim homo creatione accepisset in se similitudinem Dei, & Deus incarnatione sibi adjunxisset naturam, & similitudinem hominis, concupiscentia deturpat ingratos homines, & reddit abjectiorem brutis ipsis carnem illam, quam Creator supra omnes Angelorum hierarchias sublimavit. Confusione linguarum punivit Deus audaces

Concupiscentia n. n. n.

Gen. 19.

daces contra Divinam immensitatem: *Confundamus linguam eorum.* Verùm depravatos in suis concupiscentijs omnino extinxit universalis diluvio: *Delevit omnem substantiam, que erat super terram.* Quia licet audacia volentium expugnare cælum fuerit maior, tamen culpa turpissimorum ingratior fuit. Quia cum forent redimendi à Deo humana carne opprobria & dolores passura, Deum offenderunt, maculata & deturpata ipsa carne, quam à Deo acceperant.

409 Prima malorum omnium Salomoni labes & radix fuit ingratitudo: si enim gratus foret, infidelis non esset. Adolescentis Josephi pudicitiam tentavit impudica domina; cui Josephus demiratus ait non posse se offendere dominum suum, cui valde erat oblietatus, nec Deum suum, à quo acceperat vitam & libertatē: *Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum?* Gratiitudo igitur eripuit Josephum de manibus impudicæ dominæ, eumque totius Egypti dominum constituit. Illa enim multum confert, ut quis fidelis, ac felix evadat.

410 Erat Josephus vir justus, & ab illo patrando scelere abstinent metu prius ne Putipharem, deinde ne Deum offenderet: *Quomodo ergo possum hoc malum facere?* Nam circa culpam contra Deum versatur misericordia; circa offensam, præsertim ingratitudinis, contra proximum, justitia: & certè peius est fieri ingratus, quam peccator: nam peccator, quamvis dif-

ferat solutionem, non negat debitum; ingratus verò ut neget obligationem, ipso debito benefactorem offendit. Distulit bonus latro solutionem usque ad patibulum, in eo tamen se debitorem fassus est: *Nos quidem iuste, nam digna factis recipimus.* At Judæi ut negarent debitum redemptionis, & Christum vitæ privarēt, impulsus sunt ipso beneficio asumptæ carnis humanæ: *Quia cum homo sis, facis te ipsum Deum.* Certè mirandum est quod creaturæ inter omnes nobilissimæ, ac sapientissimæ, qualis Lucifer; Adamus, & Salomon, laberentur in pessimum vitium ingratitudinis: cum sit idem ingratum, atque ignorantem esse. Quid igitur in causa est, ut evadant turpiter ingrati, qui sapientiæ præditi, & mentis perspicacis compotes sunt? Superbia, qua exæcati volunt omnia suo iudicio deferri: est arrogantia pinnaculum, ex quo ruunt præcipites, qui de sua sapientia sibi complacent, ac inaniter intumescunt.

### §. TERTIUS.

*Ingratitudo cupida Salomonis.*

411 Fuit Salomon idololatra & cupidus: nam idolum cupiditatis scepro inest: & quidem pessima ingratitudo est Principem flagrare cupiditate erga subditos: nam subiectioni (est subiectio maximum in humanis donis) quam accipit à subditis, correspondet, volens elicere ab eorum

Bb 3 venis

Proximi offensa quam gravi.

Joan. 10. Sapientia ingratitudo.

venis sanguinem, qui est fons vitæ. Fuit Salomon adeo divitiarum avidus, ut cum poleret thesauris opulentissimis, suos tributis multiplicatis vexaret. *Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis* (dicebat populus ad Roboamum ejus filium) *tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui*. Nullus in Principe maior error dari potest, quam querere cum discrimine, quod ex beneficentia relinquendum est: siquidem maior virtutum gloria in boni firmitate collocatur. Regnum turbat, & periculo exponit subditorum obedientiam Princeps cupidus: nam cupiditas cum ipso sceptro affert tyrannidem.

412 Princeps esse debet pastor, & non mercenarius erga suos. Pastor gregem suum pascit: mercenarius se pascit de alieno grege: Deus verò agrè fert commutari amorem utilitate. *Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum* (loquebatur Deus de Principibus Israelis) *& cessare faciam eos, ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos, & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in escam*. Noluit eos suum populum pascere, quia cum debuerint pastores agere, agebant mercenarios. Pastor tuetur gregem, mercenarius destruit: nam ille regit ductus amore, hic cupiditate. Principes autem Israelis adeo erant cupidi, ut se solos velent pascere. Suos Christus discipulos constituerat mundi pastores, & illis dixit postea mitti

sicut oves inter lupos: *Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum*. Quid? si facit pastores, quomodo mirrit tamquam oves? De ove detrahitur lana & lac, ut alij vestiantur ac sustententur: & hoc Principis onus est sibi demere in aliorum remedium, & non exuere alios, ut se induat. Constituit igitur Christus discipulos suos pastores, & oves: pastores, ut suas oves pascere: oves, ut se ipsis ad vestiendum & alendum opem ferrent.

413 Non defuere olim qui suadebant Alexandro, ut tributa à suis populis exigeret: quibus ille: *Imitari placet bonum hortulanum, qui in plantando potius, quam in avellendo collocat industriam*. Documentum politicum est utile omnibus, servare plantam ut fructum proferat: & non destruere gregem pro nimium tendenda lana, & lacte exprimendo. Deliquit Adamus in paradiso, & induit se ovinis pellibus: *Fecitque eis tunicas pelliceas*. Pro Adami peccato abolendo natus Christus induit panno: *Pannis involutum*. Nam Adamus tamquam Princeps peccator parvi fecit excoiri oves, ut se indueret: Christus ut iustissimus Dominus vestitur panno, qui ex lana conficitur absque detrimento ovium. Tempestivè gregem tondere ac mulgere, pastoris est: excoiri, & sanguinem elicere, tyranni. *Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum*: *& qui vehementer emungit, elicit sanguinem*.

414 Tributa sunt imponenda populo temperatè, & adverterent: quia non tam recusat populus vitæ pericula subire, quam fortunarum pari detrimenta: præsertim quando ipsas fortunas sudor, vel sanguis comparavit. David maluit sustinere sitim, quam bibere urceum aquæ suorum militum partæ sanguine. Roboam illius nepos ob immoderata tributa regnum & subditos amisit: *Recessitque Israel a domo David usque in presentem diem*. Theopompus Lacedæmonia Rex nonnulla tributa, quæ Reges antecessores imposuerant populo, remisit: & cum ejus uxor quereretur relinquendum successori Principi regnum tenue respondit: *At relinquo diuturnius*: quasi ex tali tenuitate ad maiorem firmitatem regnum vires cepit. Quando tributa immodica sunt, regni duratio modica est: quia innatus dolor torquet omnes. Non sustinet populus emitti sanguinem è venis, quibus assiduo labore partum retinet: nec patitur nobilitas manere sine privilegio sanguinem, quem ad maiorem ipsius splendorem profudit.

415 Merfus sopore gravi erat Adamus, quem Deus illi immisit, ne sentiret ablationem costæ eripiendæ, ut formaretur Eva: *Immisit soporem in Adam*: quicumque enim vigil dolet vehementer de re sibi ablata. Princeps optimus magnopere curare debet, ne sit oneri subditis. Suadebat diabolus Christo in deserto, ut se daret præcipitem filis adven-

tu subito Angelorum, qui offensionem omnem cadentis depellerent manibus portantes: *Angelus tollent te*. Dispicuit Domino adducta ratio, & illico declaravit illum tentatorem esse: *Non tentabis Dominum Deum tuum*. Quia Rex optimus semper renuit onerare, nec permittit à suis umquã subditis portari, præsertim inaniter, & inutiliter. Quando opus fuerit aliquid ab illis auferri (sicut Deus abstulit ab Adamo) ita fiat, ut non doleant. Præcipua Regis cura sit omnibus conferre, & à nullo auferre, & sic non erit populis importunus.

416 Donando conservat Rex titulum, auferendo, seu recipiendo perdit. Quando Magi inquirebant Christum, Hierosolymam intrantes dicebant: *Ubi est qui natus est Rex Iudeorum?* ore pleno Christum appellantes Regem: quando verò ingressi sunt locum, ubi Christus erat, appellatur puer: *Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus*. Cur antea Rex, postea vocatur puer? Quia ante ingressum domus illius Magi accipiebant à Christo, scilicet illustrationem mentis, impulsam voluntatis, & splendorem ductricis stellæ, quæ præviâ ferebantur: at post ingressum, Christus accepit ab illis munera, aurum, thus, & myrrham. Princeps qui à suis subditis accipit, nec Regis, nec Domini retinet titulum.

Quando Christus domum Magdalensæ intravit, Jesus appellatus est: *Intravit Jesus in quoddam*

Princeps esse debet pastor.

Ezech. 34.

Populus canit tra  
bandus a  
Pri. 1e  
3. Reg. 23.  
3. Reg. 12.

Tributa parce ext.  
cat. Prim.  
cept.

Gen. 3.

Luc. 2.

Princeps debet levare, & non gravare subditos.

Gen. 2.

Liberallitas dat in illum Regis.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

*Castellum*, quando ingressum ex-  
cipiens Magdalena ad illius pe-  
des sedebat, vocatur Dominus,  
*Sedens secus pedes Domini*. Cur  
hic Dominus, & non antea? Quia  
antea veniebat accepturus hos-  
pitiū: postea conferebat bene-  
ficia ipsi Magdalæ, & tori domui.  
Viderunt fratres Josephum stel-  
lis, & ipsarum luce circumfusum,  
& non ideo indicarunt Regem:  
suspicati sunt, quando viderunt  
tritici manipulis circumdatum:  
Gen. 37. *Numquid Rex noster eris?* Quia  
stellæ designabant lucem & splen-  
dorem, quibus Josephus in se cla-  
resceret: manipuli designabant  
frumentum, quo populum fame-  
licum alens, & satians gubernaret.

417 Dicta hætenus reducun-  
tur ad duo: alterum, non debere  
Principem tributa imponere ab-  
que boni publici causa & neces-  
sitate probata: alterum, quando  
hæc concurrunt, debere subditos  
suo Principi necessaria suppedi-  
tare: quia nec totum sine parti-  
bus, nec partes sine toto possunt  
subsistere. Si lex naturalis obli-  
gat subditos ad tuendum suum  
Principem vitæ, quomodo renu-  
ent illum tueri fortunis? Hum-  
anum corpus ex multiplici ge-  
nere membrorum coalescit, &  
omnia se exponunt periculo, ut  
depellant sui capitis, vel cordis  
ictum: quia vita in utroque sita  
est. Sicut hæc naturalis lex ad-  
stringit corpus humanum, ita &  
politicum, cujus caput & cor Prin-  
ceps est, quem subditi tenentur  
defendere tamquam membra in-

Tributa  
imponendi  
modus

feriora. Injuxit Christus Petro,  
ut iret piscatum, ad solvendum  
tributum Cæsari: misit Petrus re-  
te in mare, & cepit piscem, in cu-  
jus ventre invenit monetam, ut  
solveret: *Illum sumēs da eis pro me,*  
Mat. 17. *Et te.* Videbatur supervacuum la-  
bor iste, cum ex deposito colle-  
gij tributum solvi posset: cur igitur  
vult Christus defatigari Pe-  
trum, & miraculum in pisce pa-  
trari? Omnes Christi actiones fu-  
ere nobis pro documento. Voluit  
nos docere esse homines ob-  
strictos ad solvendum tributum  
non tantum ex bonis, quibus ab-  
que labore partis fruuntur, sed  
etiam ex illis, quæ multo suo la-  
bore comparant: debere singulos  
fatigari, & etiam si possint, mira-  
cula edere ad tuendam & confer-  
vandam rempublicam: debere  
neminem potentem esse ad non  
solvendum, cum Christus se mi-  
raculis potentem exhibuerit, ut  
solveret. Christus noluit immu-  
nitatem à tributis: & qui sunt qui  
velint esse magis immunes quam  
Christus?

418 Incumbit subditis de suis  
fortunis opem ferre Principi  
geno. Vidit Iaias duos Seraphi-  
nos sex alis instructos: *Duabus vo-  
labant*; reliquis quatuor tegebant  
vultum, & pedes Dei. Animad-  
verto quod hætenus animadver-  
tit nemo, scilicet, si alæ ad vola-  
rum eollatæ sunt, cur Seraphini  
duabus tantum volant, & qua-  
tuor Deum tegunt? nonne sati-  
us fuit quatuor volare, & dua-  
bus tegere? Locus, quo Se-  
raphini Deum vident, objecti  
dubij

Mat. 17.  
Tributus  
solvendus  
etiam cum  
labore.

Principes  
atendens à  
subditis.  
Isai. 6.

dubij solutionem reddet: locus  
est thronus: *Vidi Dominum seden-  
tem super solium.* Thronus ille re-  
præsentabat Crucem, quæ sicut  
Dei corpori tormentum & ege-  
statem, ita illius gloriæ & maie-  
stati solium præbuit. Cum igitur  
Seraphini Deum videant in Cru-  
ce Regem pauperem ac nudum,  
se privant alarum usu, & volunt  
minus volare ad celsiora, ut suo  
Principi opem ferant. Quando  
Christus triumphans Hierosoly-  
mam ingressus est, cives se exue-  
bant pallijs, ut projicerent ad il-  
lius pedes: *Sternebant vestimenta*  
Marc. 11. *in via.* Cur in hoc solo ingressu  
ad Christi obsequium se priva-  
rent vestimentis? Quia Christus  
ingrediebatur tamquam Rex pau-  
per juxta Zachariam: *Ecce Rex  
tuus venit tibi pauper.*

Zach. 9.  
Tributa  
imponendi  
modus.

Dan. 4.

419 Contributio esse debet  
proportionata, sua via media, spon-  
tanea executio, temperati mini-  
stri, pauca tributa. Nam defici-  
ente proportione, contributio  
evadet injusta: si media fuerint  
dura, non erunt tolerabilia: vio-  
lenta executio multis exponitur  
periculis: ministri immoderati  
sunt perturbatores: multiplicata  
tributa Principis fidem ac mo-  
derationem inhirunt. Vidit in  
somis Nabuchodonosor arbo-  
rem, quæ suum exprimebat impe-  
rium, & sacer Textus in illius ra-  
mis & folijs notavit pulchritudi-  
nem, in fructibus nimietatem: *Fo-  
lia ejus pulcherrima, & fructus ejus  
nimius.* Fructus regalis arboris  
sunt contributiones, quas sol-  
vunt Regi subditi: idcirco sacer

Textus commendavit ramos lu-  
xuriantes folijs, & non fructus:  
cum enim forent nimij, boni esse  
non poterant: plus conferunt  
ad destructionem, quam ad re-  
medium: & præcipuum onus sce-  
ptri est conservare. Notavit Sa-  
lomon carere Rege locustas: *Res  
gem locusta non habet.* Et quamvis  
non subdiderit rationem, ea vi-  
detur innotescere: quia cum hu-  
jusmodi animaculæ versantur in  
destruendo, ac vastando, non po-  
terat inter illa dari aliquid, quod  
regalem coronam mereretur.

420 Punivit Deus Salomonem  
tamquam ingratum & cupidum,  
ut hoc supplicio Regibus docu-  
mentum daret. Filium ejus Ro-  
boamum spoliavit decem tribu-  
bus Israelis, & impendit illarum  
sceptrum Jeroboamo subdito: ut  
intelligerent mortales discrimen  
inter Principem & subditum in  
sola Dei manu situm esse: con-  
servationem sceptri ad ejus iusto  
ac moderato usu pendere. Decla-  
ravit Salomoni relinquere tribum  
Judææ, & Hierusalem filio ejus  
Roboamo propter Davidem; ut  
intelligeret memoriam Principis  
grati immortalē, ingrati, cadu-  
cam esse. Præterea injunxit Deus  
Prophætæ Ahias, ut scinderet  
pallium in partes duodecim,  
quando Salomonis pronuntiaret  
supplicium. Hac enim significa-  
tione possent novisse Principes  
se ingratitude lacerare purpu-  
ram, suis liberis relinquendam: si-  
quidem illam induunt, ut æquè  
dominentur subditis hominibus,  
& proprijs passionibus.

Principis  
est conser-  
vare, &  
non de-  
struere.  
Prov. 30.

Supplicij  
punit Re-  
gem docu-  
mentum.  
3. Reg. 14.

Ingratitudo  
de lacerat  
purpuram.

Beneficijs  
offendere  
in gratia  
de maxi  
ma.

421 At cur punit Deus Salomonem tamquam ingratum prædictis significationibus, cum videamus tot ingratos impunè trãfrire? Quia Salomon inter omnes Principes maiora à Deo accepit beneficia sapientiæ & magnitudinis: & beneficijs ipsis offendere, maxima offensa est. Quænam gens flagitiosior & perverfior quàm Sodomitica & Samaritana? & tamen iudicavit Deus peiorem Judaicam: *Vicisti eas sceleribus tuis.* Sodomitæ & Samaritani vivebant sine templo & lege, absque sacerdotibus & prophetis: Judæi frucentes his omnibus beneficijs, violabant legem, profanabant templum, despiciebant sacerdotes, ocludebant aures prophetis. Igitur rectè infertur Judæos fuisse peiores: nam obstrictior est ingrator: & qui plus debet, ingratitude plus offendit: siquidem ibi maius delictum, ubi maior est favor.

CAPUT VIII.

Ingratitudo politica Jeroboami cum impietate portavit supplicium Dei.

§. PRIMUS.

Impia, ut vocant, ratio status fecit ingratum Jeroboamum.

Ingratitudo  
dicitur cæci-  
tas.

422 **I**ngentes esse solent errores ingratitude politice, cui cum defint oculi ad videndum, superest cæcitas ad errandum. Declarato Jeroboamo Regi decem tribuum, dixit Pro-

10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30

084  
006  
004  
004

pheta Ahias Dei nomine, si gradum faceret per semitas iustitiæ & veritatis, ut fecerat Rex David, fore ut ejus familia & posteritas retineret sceptrum. Conter-  
vatio enim Principum in sola iustitia & veritate sita est. *Loquimini de me coram Domino, & coram Christo ejus: utrum bovem cuiuspiam calumniatus sum, si oppressi aliquem.* Ut Samuel se commendaret Principem sanctum, cur loquitur de iustitia, & veritate, quam observaverat, & non de puritate, qua splenduerat, præsertim agnoscens regimen Heli antecessoris perijisse ex in puritate filiorum? Recens erectus erat Saul in Regem Israelis: idcirco Propheta meminit de virtutibus, quæ magis Regem decent, qualis iustitia & veritas.

Reg. 11.

1. Reg. 12.

423 Contulit Deus Jeroboamo sceptrum, & consilium, ut perpetuaret: & certè plus contulit dans consilium, quàm sceptrum: nam collato scepro constituit dominum Israelis; dato consilio voluit esse dominum suarum passionum: & quidem plus est dominari sibi, quàm universo mundo: nam imperium mundi cadit in bonum falsum & caducum; imperium rationis cadit in bonum verum & spirituale animæ, quod æternum cum sit, stat plaris universo orbe. Diabolus volens expugnare, & in suam ditionem redigere animam Christi Servatoris, illi obtulit torum mundum: *Hæc omnia tibi dabo.* Quia tamquã peritus & industrius mercator probè noverat oblato, & etiam

Bonum  
anima  
pluris  
universo  
mundo.

dato

Consilium  
bonum est  
magnum  
beneficium

dato universo orbe emere vili pretio bonum spirituale animæ, utpote inæstimabilis valoris.

424 Cum verò esset beneficium scepri magnum existimatione hominum, & re ipsa maius beneficium consilium Dei, Jeroboamus utrique beneficio ita malè correspondit, ut ex quadam falsa status politici ratione Deum deseruerit factus idololatra. Timuit Roboamum Regem Judææ, & proprijs diffidit subditis: nam ingratus ambitiosus omnia timet, ac diffidit omnibus: ut igitur suos à conspectu Roboami faceret alienos, & à sacrificijs, quæ Hierosolymis fieri contendebant, duos erexit adorandos vitulos in Bethel & Dan, prætextu novæ religionis: *Excogitato consilio fecit duos vitulos, & dixit eis: Nolite ascendere in Hierusalem.* Unum vitulum antea adoraverat populus: duo conflavit, & adorandos proposuit Jeroboam: prius peccatum populi, posterius Regis fuit: semper enim maiorum Principum maiora sunt peccata.

3. Reg. 12.

Aurum est  
focax ad  
expugnandum.  
3. Reg. 20.

425 Ex auro fuere idola, ut auri rutilantis splendor oculos Israelitarum perstringerent: *Si lapsus fuerit, erit anima pro anima ejus, aut talentum argenti appendes.* Videbatur sufficere ad intentum Michææ corporalis illa pœna infligenda illi qui fugitivum servum dimitteret: cur addit aliam solvendi aurum vel argentum pro illo? Volebat compellere Achab, & ideò fecit mentionem de solvendo argento, ut si manus non daret territus priori pœna, sal-

tem timore solvendi argenti talentum se subiceret: nam aurum & argentum sunt arma potentiora ad expugnandum animos rebelles: & certè idolum, cui maiorem exhibebant cultum Israelitæ, aurum & argentum fuit.

426 Tres parit ingratitude errores, nescientiam, infidelitatem, dolum: ignorat ad negandum debitum: est infidelis, quia fide caret: decipit, quia malitiam parentem agnoscit. In hos omnes incidit errores ingratus Jeroboamus. Deum nescivit, quia illi non credidit: negavit debitum factus idololatra ad conservandum sceptrum. Incredulos deserit Deus, Spiritu Sancto attestante: *Væ dissoluti corde, qui non credunt Deo, & ideò non protegentur ab eo.* Nam idem est negare Deum, atque illi non credere: si enim Deus non foret veritas, Deus non esset. Quando Christus exposuit discipulis se ab eis discessurum, Thomas agnoscendi Dominum cupidus, dixit se ipsos nescire quò tenderent, & viam qua tenderent: cui Dominus: *Ego sum via, veritas, & vita.* Quid? Si Christus se discipulis tamquam Dei filium intendebat manifestare, cur non dicit se regredi ad Patrem, à quo fuerat egressus: *A Deo exivit, & ad Deum vadit.* Quia voluit ut intelligerent discipulos ipsam ex veritate filium Dei esse agnoscendum; nam via ad reperiendū Deum veritas est, & ipse Deus veritas, & vita nostra est: *Ego sum via, veritas, & vita.*

Ingratitudo  
no quos er-  
roris: parit-  
at.

Ecd. 2.

Iean. 14.  
Veritas  
Christum  
ostendit.  
Iean. 12.

Veritas  
conferens  
Principem

427 Fuit Jeroboamus ingratus